





1766, 23.  
No: 56.

SPECIMEN  
CONTINENS  
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM  
DE  
IVRE  
STATVTORVM NON CONFIRMATORVM  
Q V O D  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING  
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.  
SOCIO  
IN AVDITORIO PETRINO  
DIE XXVII. SEPTEMBER. ANNO CIDIQCCLXVI.  
DEFENDET  
GOTTLIEB MARTINVS PVHLE  
N V M B V R G.

---

LIPSIAE  
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

SCOTTIA  
CAPITULIS GOTHICIS  
I A R E  
STATUTVM NON COMMUNATORIUM  
G A O D  
ILLUSTRIS IECTRVM ORDINIS CLAVI  
P R A L S I D E  
D CHRISTIANO HINC PRAEVARICATING  
IN AVAGIO CLOTTUS  
DIE XXVII APRILIS M DCCCLX  
GOTTFRIE MARTINAS FANZ  
Z I C R I A  
L A T I N E  
T I T L U S



D E

## I V R E

### STATVTORVM NON CONFIRMATORVM.

§. I.

Non est recentioris iuris inuentum, quod statuta a corporibus seu *collegiis licitis* condantur; non tamen adferere ausim omnium statutorum valorem ex solo Romano iure deducere. Suo iam tempore Decemuiti populo Romano hanc prescripserant legem, TABVLA VIII. SODALES LEGEM

inno

A 2

QVAM

QVAM VOLENT DVMNE QVID EX PUBLICA  
CORRVMPANT SIBI FERVNT. Evidem So-  
dales, vt recte monuit Iac. GOTHOFRED. ad h. Tab.  
nulli alii fuere quam *fratres aruales*, qui eo tempore  
collegium licitum constituebant, quod et materiae nexus  
in ipsa tabula probat, quae de praediatorio iure agit;  
tamen cum alia collegia corporaque in republica ro-  
mana confirmarentur, ad ea quoque haec lex extensa  
videtur. Concedit ergo haec lex Decemuinalis collegis  
et sodalibus ius sibi ferendi legem, seu conuentione  
communem fisciendi, ea tamen cautione, *dumne quid ex pu-*  
*blico iure corrumpant*, vel, quod idem est, *dumne quid statuant*  
publice constituto iuri contrarium. Non quidem ne-  
gandum, interdum priuatos pactionibus suis aliquid con-  
stituere inter se posse, legibus contrarium, tamen non  
fiat contra legem expresse prohibitiuam, aut absolute  
praecipientem, aut contra publica iura; Si enim in his  
pactionibus quid innouaretur, haec innouatio nullius  
momenti est, ex autoritate PAPINIANI in L. 38. π. de  
pactis. Sic affirmat VPLANVS in L. 31. eod. Pacisci  
contra edictum aedilium omnimodo iucere, siue in ipso ne-  
gotio venditionis gerendo conuenisset, siue postea. Sic  
omni-

\* \* \*

omnino sodalibus licuit forsitan in suis legibus seu statutis a legibus ciuilibus illis recedere, a quibus cuius priuato alias recedere licebat.

5

§. II.

At vero, cum et nostri in Germania nostra et collegiis societatibusque statutorum conficiendorum ius indulgeant, videndum, an ex romanis legibus haec ipsa potestas origines habeat, et in quantum lex illa decemularis adhuc valeat. Non nego, in tantum legis decemularis adhuc superesse valorem, ut inter collegiorum licitorum iura hoc referamus, vt statuta condere possint. Vtrum vero semper nostris moribus confirmatione egeant, an ex romano iure valeant absque confirmatione, dumne quid ex publico corrumpant, infra videbimus.

§. III.

Potius ipsorum statutorum prius origines videamus, et haec, ut distinctius tractari possint, alia urbium statuta, alia collegiorum opificum, alia denique reliquorum collegiorum licitorum separatam tractationem exigunt. Vix caperent pagellae, si nominatim singula collegia enumerare, deque eorum statutis historiam scribere velimus. Quis enim omnia collegia licita, quae sunt, quaeque fuere

A 3

olim



olim, enarrare poterit. Ergo magis tantum de statutis *Gildarum*, ut vocant, seu collegiorum opificum, dein de vrbium statutis, et tandem generalia quaedam de reliquis collegiis dicamus.

#### §. IV.

Quod ad Statuta collegiorum opificum attinet, sine dubio ante exstructas vrbes, cum eorum labor videretur seruili, cuin collegia nondum constituerent, non poterant cogitari statuta. At, exstructis sub Henrico Aucupe vrbibus, ipsisque opificibus in ciuitates receptis, demum opificia aliam cepere faciem, maxime cum e pagis abesse iussi sint opifices, ut probauit *Petr. de L V D W I G Diss. de Opific. excule ex pagis.* Ante ergo Seculum XII sine dubio ipsa opificia ordinari copta esse, inde concludo, cum, XII Seculo ipso iam mentio fiat societatum opificum ut probauit *HEINECCIVS in Element. Iur. Germ. Lib. i. Tit. V. §. 121.* et in *Diss. de collegiis et corporibus opificum.* Neque videntur prima ipsa Statuta seu Articuli aliam cum ipsis Collegiis opificum habuisse originem, sed sine dubio, si coniecturae aliquid dandum, fuere ipsa praescripta, sub quibus collegia ab Imperatoribus confirmata. Factum dein subsequentibus temporibus, quoties nouum

corpus

\* \* \*

7

corpus opificum consociaretur, ut suas quas vellent obligationes inuicem quoque conscriberent atque Maiestati offerrent, quae per ea simul ipsum corpus sua autoritate confirmaret. Facile ergo patet in statutis opificum differentiam quandam statuendam inter ea quae ad confirmandum ipsum opificum corpus conscribuntur, et ea, quae iam corpus ipsum publica autoritate confirmatum conficit, ut communia sua negotia inuicem ad ea gerantur. Piora, cum simul ad originem collegii referenda, cum propria autoritate collegium semet ipsum confirmare comprobareque haud possit, nunquam nisi maiestatis autoritate interueniente, constitui possunt.

§. V.

At ne idem dicamus de posteriori statutorum generie? Plerumque hanc alunt interpretes opinionem, ut egeant confirmatione, cuius opinionis quidem causam non per video, quippe alias nulla vis esset pacti, nisi a principe probati. Neque tamen ausim indistincte affirmare, non egere ea confirmatione, sed vi pacti communis valere, attendam potius censeo differentiam ab interno statutorum argumento desumtam. Rerum enim intelligens et attentus facile obseruabit, vel in statutis a

Col-



Collegio opificum confectis ea contineri, quae suae consociationis finem tangunt, siveque praeter consociatos illos opifices in communem illam conuentionem consentientes nemini nec ius facere, nec obligare, arbitror, nullo tunc idoneo fundamento exigi posse maiestatis confirmationem tanquam necessariam, sed valitura illa tanquam pacta inter consentientes reliqua. Quodsi vero illa statuta vel contineant capita, quae ipsum consociationis argumentum non tangunt, aut communii iuri derogant, vel quae personas obligant et stringant, quae cum socii corporis non sint, in ipsis conuentiones non consensere, nunquam ex his ipsis statutis dari potest obligatio, nisi expressa maiestatis confirmatio accesserat.

V

## S. q. VI.

Pergimus ad alterum statutorum genus scilicet vrbium. Si ad illius iuris antiquitates respicimus, quas late persequi hic non licet, vix primis ab Henrico Aucupe exstructis ciuitatibus iura statutaria reperiri potuisse probabile est. Nam cum in primis vrbibus ipsam iustitiae curam ii, quos praefecisset Imperator, aut qui feudi iure postea iuri dicundo praeerant, Aduocati vel Sculteti, si quae iura singularia habebant ab ipsis Imperatoribus, intro

in

in sedibus Episcopalibus ab ipsis Praesulibus confirmabantur, quod monstrant antiquissima, quae adhuc supersunt statuta Lubecensia, Hamburgensia, Susatensia, Colonensis. At quod communi pactionis iure demum in vrbi- bus statuta inualuerint, vix ante illa contigit tempora, quibus ipsam Iurisdictionem, ciuiliumque causarum curam ad se declinauerint ipsi burgenses, qui videntur deinceps ad suos mores conseruandos conuentionibus communibus sibi statuta condidisse. Haec ipsa cum haud raro communi iuri aduersarentur, et quae his antiquiora essent statuta, vel ab Imperatoribus, vel a Principibus confirmata essent, inualuisse videtur mos, ut et horum statutorum, quae conderent communi pactione confirmationem peterent et impetrarent.

### §. VII.

An vero horum confirmatio aequa necessaria sit vi- dendum. Si quae in statutis continentur, consideramus, vel ad iustitiae capita pertinent, vel ad causas Politiae. Ea capita, quae ad Politiae causas pertinent, vix egent ali- qua confirmatione; nisi in iis quaedam continentur, quae communibus Politiae Ordinationibus aduersantur. Causam addo. In Scimus enim, Senatum in plerisque vrbi-

B

bus

bus Politiae curam a Principum concessione obtinuisse. Quare et circa has causas plurima statutorum capita versantur. Quodsi itaque Senatus curam decori et Politiae vrbium habet, habebit et ius necesse est, ordinandi ea, quae decorum ordinemque communem promouent. Posito hoc, si postea contineant Statuta eiusmodi ordinaciones, nunquam probabitur, in his capitibus necessariam esse maiestatis confirmationem. Quod ad Capita iustitiae attinet, pleraque quae tractantur ad hereditatum bonorumque rationes spectant. Haec capita maximam partem antiqui iuris et consuetudinum continent, quare et haud raro ea statutorum ratio fuit, ut per illa resisterent impetui recepti peregrini iuris, quod patrios mores expellere ceperat, quo ea conseruarent. Si haec contineantur, cum iam pro iure haec valeant, receptioque peregrini iuris salvo iure patro facta, non videtur necesse esse, ut confirmantur, sed valebunt iterum communia pactionis iure.

### S. VIII.

At, si vel alia, quam quae legibus scriptoque iure contineantur, statuant vrbium Statuta, imoque ipsis iuribus contraria, vel ea quarum cura magistratibus senatuique vrbis

¶ ¶ ¶

11

verbis commissa non est, vel quae personas obligent,  
quae verbis ciues subditique non sint, sic nec mediate nec  
immediate in statutarium ius consenserint, certissimum  
est, statutorum vim et obligationem nullam esse posse,  
nisi autoritas ipsi data fuerit maiestatis confirmatione.  
Quam si semel vero obtinueré statuta, non tantum pro iu-  
re obligant, sed amplius non necesse videtur, ut perso-  
na maiestatis demortua, a successore ipsius denuo confir-  
mationem petant. Quae enim a maiestate semel probata,  
sola maiestatem habentis personae morte non infirmantur,  
cum maiestas qualitas sit moralis imperii, quae non mo-  
ritur, licet persona quae gerat, mortua sit.

§. IX.

Monstrauimus vero, dari statutorum quaedam genera,  
quae confirmatione aliqua non egeant, sed ex consensu,  
vt alia pacta, consentientes obligent. Quare si contingat,  
vt in rebus lites orientur inter eos, qui in eiusmodi statu-  
tum consenserant, causaeque ad iudicium dedicantur,  
eaeque decidi possent ex statutis, quae decidenda con-  
trouersiae argumenta continent, necessarium erit, vt, si  
iuste iudicare velimus, statutorum tunc ratio habeatur.  
Contra, si eius generis statuta sint, quae valere nequeant

B 2 GENTIEM absque



absque confirmatione, pri ea accesserit, nullum decidendi argumentum suppeditabunt, sed prius confirmatio quaerenda.

¶. 56. **¶. 56. §. vii. X.** etiam utrumque in

Supereft; vt de reliquis statutis reliquorum corporum collegiorumque quaedam dicamus, sed angustia libelli prohibet, et quae ad nostrum thema spectant, facile ex his, quae supra dicta sunt, poterant diiudicari, quae scilicet statuta obligent sine confirmatione, quaeque confirmatione principis et maiestatis egeant.

### T A N T V M.



B. 5 spade

Leipzig, Diss. 1766 A 6



TA-OC



1766, 23.

No: 56.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

I V R E

S T A T V T O R V M N O N C O N F I R M A T O R V M

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P U B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X V I I. S E P T E M B R. A N N O C I C I D I C C L X V I.

D E F E N D E T

G O T T L I E B M A R T I N V S P V H L E

N V M B V R G.

---

L I P S I A E

L I T T E R I S V I D V A E L A N G E N H E M I A E.

